



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

8 Hospitalia item, & seminaria, & aliae domus piae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

- max, 17, quest. 4. & Baro. in lib. anal. eccles: tom: 5, anna 431, fol. 558, serè per tot.
- 4 Statutumque est, ut † major ecclesia per circuitum quadraginta passus habeat, capellæ verò, vel minores Ecclesiæ triginta, cap. sicut antiquitus, 17, quest. 4. Covarr. lib. 2, var. resolut. cap. 20, num. 5. & Decian. tract. crimin. cap. 25, num. 14, & 15, lib. 6 Passuum mensura constat quinque pedibus pro quolibet passu, gloss: in d. cap. sicut antiquitus, 17, quest. 4. cum adductis per Covarr. d. cap. 20, num. 4. & Decian. eod. cap. 25, num. 9. mensura verò pedum ex mente Covarr. qui plures citat, est unciarum duodecim pro quolibet, ut in d. c. 20, nu. 5, vers. sic duodecimus. Tamen puto, esse secundum communem usum mensurarum loci, ubi id contigerit, ut bene confert gloss: in eod. cap. sicut antiquitus. Et qui eorum immunitatem, & confinia infringere tentaverint, aut personam hominis, vel bona ejus inde subtraxerint, debent excommunicari, cap. sicut ea, quest. 4. & Abb. in cap. Ecclesia, nu. 10, de immunit. eccles.
- 5 Sacriligium enim committitur, † si quis infregerit Ecclesiam, vel triginta ecclesiasticos passus, qui in circuitu Ecclesiæ sunt, vel domos, quæ infra prædictos passus fuerint, aliquid inde diripiendo, vel auferendo: seu, qui injuriam, vel ablationem rerum intulerit clericis, omnibusque ecclesiasticis personis, cap. quisquis, § sacriligium, dist. quest. 4. † Capellæ tamen, quæ sunt intra ambitum murorum castellorum, non gaudent dictorum triginta passuum immunitate, cum propter loci angustiam istud non possit ob-
- 6 servari, d. cap. quisquis, § sacriligium, & in cap. sicut antiquitus, in ver. passus, ead. quest. 4. eadem ratione, privilegio immunitatis triginta passuum per circuitum non gaudent parochiales, & aliæ Ecclesiæ, quæ circum circa habet contiguas domos laicorum, ne sacræ rei privilegium ad profanas transferatur, quia, cum vigeat eadem ratio, habet locum eadem juris dispositio, l. illud, & ibi gloss: in ver. extimari, ff. ad l. Aquil. & l. à Titio, ff. de verb. oblig.
- 7 Ecclesiæ etiam † adhuc non consecratæ, in quibus divina mysteria celebrantur, eodem gaudent privilegio immunitatis, quia obsequiis divinis dicata, nullius sunt temerariis ausibus profananda, cap. Ecclesiæ, & ibi Abb. num. 1, de immunit. eccles. quod procedit, & habet locum, etiam in Ecclesia adhuc non celebratur, sed tantum Episcopus posuerit primum lapidem, erigendo ibi crucem, & alia designando, ut in cap. nemo ecclesiarum, de consec. dist. 1. quia unlocus est divinis obsequiis deputatus. Abb. d. cap. Ecclesiæ, num. 3, & 5.
- 8 Eodem privilegio † immunitatis gaudent etiam hospitalia, ad quæ confugerent, ita sunt tuti à iudice sæculari, sicut, si confugerent ad Ecclesiam, Archid. in cap. diffinit, 17, quest. 4. Bald. in l. si quis ad declinanda, § in omnibus, num. 21, circa fin. c. de sacr. sanct. eccles. Domus quoque piæ, ut seminaria puerorum, domus mulierum convertitarum, & aliæ similes Apostolica, vel ordinaria auctoritate erectæ, eadem gaudent immunitate, ut ab eis nemo extrahi possit, Decian. eod. tract. crimin. lib. 6, cap. 24, nu. 32.
- 9 † Et cum Ecclesia Dei domus orationis esse debeat, non spelunca latronum, aut sanguinis forum, sæculares iudices causas,